

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## PRIMVS

Quod non perfecit impia uota dolens.

Huius illud est nihil pecuniarū gratia agentium. Oportere enim modo qui honestus sit nō lucrari: scripsit & ὑποθήκῃ ad duo millia uersuum. Dicebat his qui tuto regnare uellent: summa ope nitendū ut beniuolentia non armis stiparentur. Rogatus aliquando cur in tyrānide persisteret: quia inquit & sponte & inuitū cedere æque periculosum ē. Dixit & hæc: bona quies est: ac periculosa te meritas: turpe lucrum. popularis dominatus tyrannide præstantior est. uoluptates corruptibiles sunt: honores imortales. Inter secundas res esto moderatus: inter aduersas prudens. amicis & felicibus & infelicibus eundē te præbe. Quodcūq; pollicitus fueris serua. interloquendū caue ne secreta pronuncies. non peccantes modo: uerū & peccare gestientes puni. Primus hic armatis circūseptus incesit: magistratūq; ad tyrannidē transtulit: neq; in urbe degere uolentes permittebat ut ephorus & Aristoteles tradunt. fuit autē circa trigessimā octauā olympiadem: exercuitq; tyrannidem annos quadraginta. porro Sotion atq; Heracledes & pamphila in qnto cōmentariorum duos aiunt fuisse periandros. Tyrannum alterum: alterum uero sapientē: eumq; ampraciotem: hoc ipsum Neāthes quoque Cyzicenus ait: patruales sibi inuicē fuisse: & quidē Aristoteles corinthiū asserit fuisse sapientem: plato negat. Ipsius & hoc est. Exercitatio totū ualet. uoluit & isthmum quoq; perfodere. ferunt duæ istius epistolæ huiusmodi.

periander Sapientibus.

**G**Rates multas ago pythio Apollini: q̄ in unū coactos epistolæ meæ reppererūt: ipsæque Corinthū ut confido perducent. Expecto itaque uos: certe ipsi uidebitis q̄ maxime populariter cōgrediar. Sicut igit̄ anno præterito Sardis i lydiā uenistis: ita nūc oro: ne pigeat ad me quoq; pfisci: Corinthi tyrannū. uidebunt enim uos & grate quidem Corinthii periandri domum adeuntēs.

Periander procleo.

**N**obis quidem non ex sententia fuit uxoris scelus. tu autem spōte filio ingrato siquid egeris iniurius es. Aut igit̄ immāitatē in filiū cōpesce: aut ego illi opem feram. nam & ipse satis din pœnas dedit.

Thrasibulus periandro.

**P**Ræconi quidem tuo nihil dissimulaui: sed ipsum in segetem inducens eminentiores spicas bacillo feriens decutiebat̄ subsequēte illo: tibi que si interrogaueris: referet quicquid uel uiderit uel audierit a me: & tu ergo sic facito siquidē tyrānidē tuto tenere cupis: atq; in ea roborari. Ciuitatis p̄cipes tolle: siue illi amici: siue inimici uideant. Quippe tyranno amici quoq; sæpe suspecti sūt.

Anacharsis.

**A**Nacharsis Scytha Gnuri quidem filius: Caduidi uero scythæ regis frater: matre græca fuit: q̄obrē duarū quoq; linguarū pitus erat. Scripsit at̄ & de scythæ legibus: & de his quæ apud græcos legitima & solēnia sunt ad castigatiōrē ac uiliorem uictū: itemq; de re bellica ad noningentos uersus: præstitit puerbii occasiōem: eo q̄ esset audax & cōstans in dicēdo ut q̄ eius